

Ioannes Zapata.

feraliter viuentibus tenent plures: pro quo videri poteſt Illuſtriſſimus Ioannes Zapata in Diſceptatione de Iuſtitia diſtributina Parte 2. cap. 21. n. 19. non videtur credibile Pontificem eo tantum titulo donationem dictam perfeciſſe: neque enim illi ſuis in Conſtitutionibus minus probatas ſolent amplecti ſententias; quod Tribunal illud ſupremum non deceret; cum neque inferiora tribunalia ita ſint ſolita iudicare. Certius ergo aliquid, & amplectendum penitus, prædictæ continent deciſiones. Et quidem ſi titulus dictus ſufficiens videretur, non eſſet opus Catholicis Regibus pro donatione impetranda ad Romanam Sedem recurrere, cum ipſius gentium iſtarum infidelitas ſatis eſſet perſpecta, & ita debellationis titulus, ſecluſo quolibet adminiculo aliunde petito, manifeſtus.

§. III.

Certiſſimum donationis Pontificie fundamentum.

Eccleſia poteſtas ad propagandam fidem certum donationis fundamentum.

D. Thom.

13 VNum equidem, & prorsus irrefragabile illud, Eccleſiæ poteſtas ad propagandam fidem, & tollenda propagationis obſtacula; quæ quidem futura in conuerſione Indorum prudentiſſime iudicauerunt Pontifices, cum eſſent illi penitus barbari, & ita inter ipſos Chriſtianiſ nulla ſecuritas, quod ſatis experientia comprobauit. Id Diuus Thomas paucis expreſſit. 2. 2. q. 10. art. 8. in Corpore, ita dicens: Et propter hoc fideles Chriſti frequenter contra infideles bellum mouent: non quidem ut eos ad credendum cogant; quia ſi etiam eos uiciſſent, & captiuos haberent, in eorum libertate relinquerent an credere uellent. Sed propter hoc, ut eos compellant ne fidem Chriſti impediant. Hæc S. Doctor, ad quæ Cardin. Caietanus, ita ſcribit: Considera diligenter cauſam juſtam belli & compulſionis eorum, ne fidem Chriſti impediant, &c. Ex hac quippe radice multe queſtiones ſoluuntur. Sic ille. Iuxta quæ præſens queſtio inde ſoluenda, an ſcilicet Pontifex jus debellandi gentes Indorum Principi poteſt Chriſtiano conferre. Concluſio enim eſt affirmatiua: quia, cum illi barbari ſint, poſſunt Chriſti fidem multipliciter impedire, & nulla inter eos Euangelicis miniſtris eſſe ſecuritas.

Ex P. Suarez luculentæ præſentatio D. Thomæ doctrinam amplexa.

Non requiritur experientia impedimento- rum, ſed periculum ſufficit, contra Durandum.

14 Quod quidem ex Doctrina P. Suarez poteſt luculenter oſtendi, qui illam ex D. Thomæ deducit. 2. 2. queſt. citat. art. 10. quem operæ pretium fuerit audiſſe. Diſput. 18. de Fide Sect. 5. n. 8. ubi ſic ſcribit: Putat Durandus in 2. diſt. 44. q. 3. neceſſarium eſſe ut ex parte principis infidelis præceſſerint iniurie, & impedimenta Fidei; qualia ſunt, ſi tentauerit ſubditos inducere ad infidelitatem, vel ſi eos cogat ad ſuos ritus obſeruandos, aut prohibeat Catholicos ritus exercere, vel ſuis Paſtoribus Eccleſiaſticis obedire, & ſimilia: nam tunc euident eſt neceſſitas, & iuſtitia titulus. At uerò Diuus Thomas dicto Art. 10. licet ad executionem poteſtatis ſint hæc moraliter neceſſaria; nihilominus tamen ante experientiam huiusmodi, uocentur putat eſſe in Eccleſia poteſtatem ad remouendos hu-

iusmodi principes infideles ſolum propter periculum morale fidelium: quæ ſententia mihi etiam placuit in dicto libro 3. deſenſionis cap. 30. n. 6. quia in rebus moralibus uirandum eſt periculum, priuſquam ſpeciale nouementum eueniat: quod principium certè veriſſimum eſt, quando periculum eſt proximum & morale: & ideo in hoc etiam negotio obſeruandum eſt, ut conſideratis circumſtantijs in particulari tale iudicetur eſſe fidelium periculum. Hæc ille, Diui Thomæ doctrinam amplexus, qui citato loco ſolum de ſubditis, & ſeruis infidelium eſt locutus: tales enim ſi Chriſtiani ſint, poſſunt eorum domini, aut principes, per ſententiam ſeu ordinationem Eccleſiæ, eorumdem dominio aut iurisdictione priuari. Non reddit autem pro ratione periculum ſubuerſionis, ſed aliam, ita ſubdens: Quia infideles merito ſue infidelitatis merentur poteſtatem amittere ſuper fideles, qui transferuntur in filios Dei. Sic S. Doctor, ubi de periculo ſubuerſionis nihil.

Subditi, & ſerui ea de cauſa poſſunt ex dominorum eximi poteſtate.

D. Thom.

15 Poſteſt autem prædicta ratio ad ſubjectionem quæcumque referri, quia infideles merito ſue infidelitatis merentur poteſtatem amittere ſuper fideles, quæ absoluta poteſtas ſit, cum transferantur in filios Dei. Et ideo licet D. Thomas ordinationem Eccleſiæ, quæ de facto datur, & ſolum eſt pro ſeruis eorum, qui corporali ſubiectione ſubduntur Eccleſiæ, ad doctrinam complementum adducat, & ita de ſeruis tantum uideatur procedere: re tamen uera generalis eſt, & ad omnem ſe ſubiectionem extendit. Ex quo ſit, hoc ex capite poſſe principes infideles per ſententiam Eccleſiæ principatu priuari, & conſequenter eorum dominia in Chriſtianos Principes transferri. Poſtulat autem P. Suarez rationem periculi ex doctrina D. Thomæ colligere, quatenus in Reſponſione ad 3. ait poſſe fideles locare operas ſuas infidelibus, & artificio, miniſterioque aliquo deſeruire, addens: & tamen, ſi ex tali communicatione vel conuictu ſubuerſio fidelium timeretur, eſſet penitus interdendum. Sic ille. Iuxta hæc ergo poterit etiam Eccleſia ob periculum ſubuerſionis, quod timet, infideles principes omni erga fideles poteſtate ſpoliare.

Ad periculum ſubuerſionis ratio D. Thomæ generatim renouatur.

Fideles infidelibus ut ſeruire queant.

Etiamſi infideles principes conuertantur; ſtat adducta doctrina.

P. Suarez.

16 Quibus addendum, idem poſſe Eccleſiam, etiamſi infideles ad fidem conuertantur; ſi talis indolis ſint, ut de illis poſſit etiam periculum ſubuerſionis ueroſimiliter timeri; quod in barbaris accidit, & experientia ſatis ſuperque comprobauit. Pro quo eſt notanda doctrina eiſdem P. Suarez citato loco deſenſionis contra regem Angliæ, ubi ſic ait: Denique addere poſſumus ſicut poteſtas regia ex conuentione ad fidem, aliquam recipit ſubiectionem; ita etiam maiorem quamdam amplitudinem & excellentiam participare, & ita illud qualecumque onus hoc beneficio compenſari. Nam Rex Chriſtianus dicitur regulis fidei, multa poteſt præcipere, dirigendo illa ad fidei deſenſionem, vel Religionis Chriſtiane honorem, vel aliud ſupernaturale commodum, quæ diuſ purè ratione naturali præcipere non poſſet: & ſimiliter multa punit delicta quæ ex uoluntatis naturalis non puniret. v. g. Hæreſim, vel aliud ſimile. Hæc ille. Quæ ueriffima cum ſint, ſit inde quam longillimè abeſſe à barbarica capacitate, etiam ſi quis cum ſufficienti noticia myſteriorum

Soli ad regimen conuerſorum idonei.

ſum fidei baptizatus fuerit. Vix enim quæ purè naturalia ſunt illis committi poſſunt; & factis in Gentilitate aſſueti criminibus, lumen habent rationis denſa caligine circumfulum. Quomodo ergo qui ſe regere nequeunt, regere alios queant; & quibus nequeunt naturalia credi, ſupernaturalia eorum muneri adnexa concedantur? Ab Apoſtolica igitur Sede prudentiſſimè & prouidentiſſimè diſpoſitum, ut Indorū regimen Catholicis Principibus traderetur, ſolis ad rem tantam idoneis, circumſtantijs perpenſis omnibus, iuxta quas, ut uilum nuper, de ſubuerſionis periculo debet formari iudicium. Vnde quod in Pontificibus ad donationem, de qua nobis eſt ſermo, præceſſit, non dubia aliqua aut opinabili, ſed omnino eſt certa ratione ſubnixum, ut nequeat de illa, ut dixi, à legitimis Eccleſiæ filiis dubitari.

§. IV.

De gradu certitudinis Aſſertionis propoſitæ.

Dom. Solorzano.

Sententia Papæ uti legitime recipienda.

Cap. Cum inter vos.

Cap. Abſit.

Et uti D. Petri oracula.

Cap. Sic omnes.

Nicolaus Papa.

17 Dom. Ioannes de Solorzano ueritatis propoſitæ doctiſſimus, erudiſſimus, profundiſſimus, & locupletiffimus propugnator, Tom. 1. lib. 2. c. 24. n. 41. & in Politica Indiana pag. 45. §. 1. parece. & pag. 50. §. 1. aſi, nemini permittendum eſſe ait hoc amplius in dubium reuocare: quia ſemper præſumere debemus Papæ ſententias & declarationes eſſe juſtas, & legitime ac Canonicè promulgatas, ut ait Textus in cap. Cum inter vos, §. finali, de ſententia & re iudicata. Cap. Abſit 11. Queſt. 3. & alijs. Sed prior quidem textus nihil uidetur ad rem facere, quia ibi non eſt ſermo de ſententia Papæ, ſed de ſententia Epifcopi Veronenſis, quæ præſumitur ritè per omnia celebrata, ut ait Pontifex, quia tranſiit in rem iudicatam, & non contra Conſtitutionem. Nec plus uidetur habere momenti Caput aliud, quod de Epifcopis agit, de quibus D. Anterus Pontifex admonet nihil debere ſuſpicari ſiniſtrum ob prærogatiuum dignitatis. Sed ut Textus iſti non iuuent, res ipſa eſt totius Iuris auctoritate penitus manifeſta. Pro Iure enim Canonico ſtat præſumptio non dubia, ſed irrefragabilis, ut quod in eo ſtatutum extat, debeat certiſſimum & ſanctiſſimum reputari. Atqui Canonici Iuris auctor ſolus eſt Pontifex, cum in omnibus eius conſtitutionibus ſolus ipſe loquatur aut Concilia, quæ eiſdem auctoritate firmantur: ergo ſtare pro eo miniſtrè dubia præſumptio debet, cum quidpiam ſtatuit, acſi ex Diui Petri, cuius eſt ille ſucceſſor; oraculo pangeretur. Sic omnes ſanctiones Apoſtolice Sedis accipiendæ ſunt, tamquam ipſius diuina uoce Petri firmatæ. Cap. Sic omnes 19. diſt. ex Agathone Papæ omnibus Epifcopis ſcribente. Pro quo & Nicolaum Pontificem præſtat audiſſe, Archiepiſcopis & Epifcopis per Galliam conſtitutis ſic ſcribentem. Si Romanorum Pontificum decreto, cæterorum opufcula Tractatorum approbantur vel reprobantur.

ita ut quod uerè Sedes Apoſtolica probauit, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit, hæcenus inefficax habeatur: quanto potius ea, quæ ipſa pro Catholicæ fide, pro ſacris dogmatibus, pro uarijs & multiſarijs Eccleſiæ neceſſitatibus & fidelium moribus, diuerſo tempore ſcripſit, omni honore debent præferri, & ab omnibus proſus in quibuſlibet neceſſitatibus vel opportunitatibus, diſcretionè uel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi? Sic ille. Et habetur Cap. 1. diſt. citatæ. Nec prætermittendus Stephanus Pontifex, ſic locutus: Emimè quia in ſpeculum & exemplum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui nos Chriſtus præeſſe uoluit, propoſita eſt; ab omnibus, quidquid ſtatuit, quidquid ordinauit, perpetuo quidem & irrefragabiliter obſeruandum eſt. Hæc ille, ut in Cap. Emimè, eadem diſt.

Stephanus Pontifex.

Donatione Indiartum inſenſi, quæ cenſura digni iuxta Dom. Solorzano.

Novi Orbis detectio & conuerſio quanti facienda.

A Sede Apoſtolica ſumma attentione, & Cardinalium, quos ſemper in Concilio aduocat, Conſilio tractata.

Cap. Fundamenta.

18 Iuxta quæ non uidetur exceſſiſſe Dom. Solorzano, dum citato cap. 24. n. 58. ſic ait: Qua de cauſa, magna audaciæ & temeritatis, immo & impietatis eſſe uidetur aſſerere, uel attestare, quod Pontifices non poſſunt prædictas donationes ſancire, uel quod eas fruſtratorie fecerunt, & tamquam ærè uerberantes. Sic ille, pronuntiarum ſuum multipliciter pergens demonſtrare. Ego unum illud addam, quod conſideratione digniſſimum occurrit: nihil ſcilicet à fundata per Chriſtum Eccleſia, & eiſdem per Vicarios ſuos ſtatuto & progrediente regimine, maius accidiſſe noui Orbis detectio, & conſequenter ad Chriſtianam fidem conuerſione: de cuius magnitudine, cui nullatenus poſſit tripartita antiquioris mundi æquari diſcuſſio, paſſim Auctores diſſerunt, quos congerit Dom. Solorzano Lib. 1. citato in prioribus Capitibus, ſed præcipue in 6. n. 4. & in Politica libro etiam 1. in ſex prioribus. Debit ergo negotium tantum à Sede Apoſtolica ſumma diligentia & attentione tractari, ac fundamentum conuerſionis jacere penitus inconcuſſum. Nihil certè quod grauis momenti ſit, ſine Cardinalium diſpoſitio illa conſilio: Decet namque ipſi Romano Pontifici per Fratres ſuos, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (qui ſibi in executione officij Sacerdotalis Coadiutores aſſiſtunt) libera protulere conſilia: decet ipſus nullo modo uacillare iudicia &c. ut habetur in cap. Fundamenta, de Electione in 6. Sic ergo cauſa fuit, de qua agimus, agitata, cuius momenti non erat illa, quam ſummus Pontifex Nicolaus Tertius, alias Quartus, citata in Conſtitutione uerbarat: in qua ſtatuit Senatorum Romanorum annuam eſſe gubernationem debere: & tamen ibidem Conſilium Cardinalium ſe adhibuiſſe teſtatur, dicens: De ſtatuum noſtrorum Conſilio hæc irrefragabili, & in perpetuum ualiturâ Conſtitutione ſancimus. Quod ergo ad noui Orbis conuerſionem quaſi pro fundamento eſt, donatio inquam Catholicis Regibus facta, non errori adſcribendum, ſed ſuffragio irrefragabili ueritatis. Vel ſi erratum hîc, quis ueritate inuiolabilem ineffe ſancionibus alijs arbitretur.

19 Vnde Marquardus de Suſannis in Traſtatu de Iudeis & Infidelibus 1. parte cap. 14. non dubitauit aſſerere poteſtatem Pontificis ad donationem dictam adeo eſſe certam, ut oppoſitum dicere ſapiat hæreſim. Quod ſi explicet.

Aſſertio negas quomodo ſapiat hæreſim.

Marquar- dus de Su- jannis.

Et quid ſa- pere hære- ſim ſi iux- ta P. Sua- rium.

Alia expli- catio ſapo- ris hæreſis, & illius accommo- datio.

Alia item ex eo qui ſapere ab hæreticis aſſumatur, quod oſten- ſum in Anglis

Luca. 12. v. 14.

Diuiſio hæ- reditatis inter fra- tres cur à Chriſto re- ceſſa.

explicemus iuxta id quod habet P. Suarez Diſ- put. 19. de Fide. Sect. 2. n. 16. & 17. mirè con- gruit. Obſeruat enim verbum Sapere per me- taphoram ſignificare non eſſe clarum & cer- tam hæreſim, ſed habere quemdam ſaporem eius: quia magnam quidem ſpeciem hæreſis habet, eò quòd ex illa, coaſumptis aliis prin- cipiis in Eccleſia valdè receptis, & ferè certis, ex illis ſequitur hæreſis, probabiliffima, & communiter recepta conſequentiâ. Quod ita in præſenti applicari poteſt: Nam ex hac pro- poſitione: Papa errare poteſt in ſolemni do- natione factâ Catholico Principi poſt matu- riſſimam conſiderationem, & conſultationem, in ordine ad conuerſionem mundi, aut ma- ximè illius partis. Et ex aliâ: Errare etiam po- teſt, quamuis id ſpectet ad tollenda impedimè- ta conuerſionis, ſequitur probabiliffima con- ſequentia non habere abſolutam poteſtatem ad propagandum Euangelium per orbem v- niuerſum; aut etiam non habere materialem gladium in omnes oues Chriſti, contra Bo- niſacij Oſtaui definitionem, de qua n. 1.

20 Si autem huiusmodi qualitatem expli- cemus iuxta Alfoſum de Caſtro apud P. Sua- rium ſuprà, & alios; ex quibus P. Turrianus in Selectis. Par. 2. Diſput. 30. Dub. 1. quòd pro- poſitio ſapiens hæreſim ſit illa, quæ primâ fac- cie, & ex ſolis terminis ſpectata, hæreſim præ- ſeferat; quamuis intimè inſpecta, ſenſum poſ- ſit habere Catholicum: facile etiam poteſt ap- plicari. Nam aſſerere Papam errare poſſe, me- dia adhibendo conuerſioni mundi, quæ poſt maturam conſiderationem, & conſultationem ſunt conuenientia iudicata, pro quibus eſt ſo- lemni Conſtitutio vulgata; ſpeciem habet hæ- reſis, quamuis fortè aliqui iuxta Catholicum ſenſum velint aſſertionem huiusmodi decla- rare.

21 Quibus addo, iuxta id, quod à P. Sua- rio de ſapere eſt dictum, poſſe etiam propo- ſitionem dictam ita exponi, vt ſit ea, quæ præ- terquam quòd malè ſonat, ſapida eſt hæreticis, qui illam libenter uſurpant, & paſſim incul- cant, cum religionis Chriſtianæ dedecore: quod accidit in præſenti. Clamant enim illi iteratis clamoribus & irriſionibus contra A- lexandrum Sextum & eiusdem donationem, negantes Pontifici talem à Chriſto traditam poteſtatem. Et his iſtis diebus Caramuëlis e- dicta ſic blaterant: Vnde in Papa poteſtas ad aſſena inuitis dominis tribuenda, cum Chriſtus cuius ille ſe gloriatur eſſe Vicarium, ab eorum diuiſione inter fratres abſtinerit, ad quod fuerat inuitatus? Homo (ait ille) quis me conſti- tuit iudicem aut diuiſorem ſuper vos? Luca. 12. v. 14. Quod argumentum in Anglicanos Principes poteſt validiùs retorqueri, qui ſe Chriſti vicarios in Anglicana eſſe Eccleſia con- tendunt. Quomodo ergo non ſolùm iam a- lienâ diuidunt, ſed & diripiunt, Indicas diuitias piraticis aggreſſionibus deprædantes? Pote- rat quidem Chriſtus id facere, quod ab eo ho- mò ille, hereditate iniuſtè fraudatus poſtulabat, vt negare poteſt nullus: erat enim actio hone- ſta, & circa iuſtitia obſeruantiâ verſabatur: noluit tamen, quia minùs tunc congruentem

iudicauit: cum enim diuitiarum, & mundi contemptum prædicaret, bona cæleſtia promittens, circa diuiſionem terrenorum renuit occupari. Et quidem qui rogabat illum, tali re pulſa, magis aptus Dei regno, & ſequela ip- ſius Chriſti reddebatur, temporalium diuitia- rum impedimento ſublato.

22 Quòd ſi ad illius hominis ſalutem, quæ petebatur diuiſio tunc conueniens videretur, eam Dominus minimè reſpuiſſet. Quare il- lius Vicarius tale quid præſtare poterit, quan- do id fore commodum pro ſalute hominum fuerit arbitratus. Videantur Interpretes, ex quibus P. Cornelius benè admonet, docere Chriſtum Eccleſiaſticos & ſpirituales viros nõ debere ſæcularia tractare, ſed diuina, iuxta il- lud. 2. Tim. 2. v. 4. Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus, ex D. Ambroſio. Euthy- mio, Beda, & Lyra, & ex D. Auguſtino Ser- mone 196. Addit tamen hic: Id intellige, niſi fidelium pax, charitas, & pietas aliud exigat: qua de cauſa olim Episcopos ſæculares fidelium lites diui- dicabant; vti ſe feciſſe reſtat S. Auguſtinus Li- bro de Opere Monachorum Cap. 29. Hæc ille. Iux- ta quæ conſtat Papam potiori iure poſſe ſæ- cularium negotia tractare, & temporalium di- uiſionem va care, quando fidelium pax, chari- tas, & pietas id videantur exigere; quod in ca- ſu, de quo loquimur, conſtat vrgentiùs mili- tare. Nec de his plura: pro quibus videri po- ſſunt Dom. Solorzanus Tomo 1. Lib. 2. & 3. & in Politica Lib. 1. Cap. 10. 11. & 12. Diana Parte 6. Traſt. 4. Reſolut. 16. & 18. & Aucto- res alij, quos ipſi adducunt, & titulos alios iuſtæ poſſeſſionis expendunt. Vrgentiſſimum ego & irrefragabilem penitus conatus ſum pro viribus illuſtrare, quem & vnicum ſunt boni qui cenſeant Scriptores, talem tamen vt pro multis ſatis eſſe poſſit. Iam ad alia.

Admitten- da illa, ſi ad ſalutem ſpiritu-alem peten- tis expedi- ret. Vnde pro dona- tione Pon- tificis ar- gumentum.

2. Tim. 2. v. 4.

D. Augu- ſtinus.

Sæculariũ negotiorum vt deceat tractatio.

C A P V T I I.

An earum terrarum, quæ occupatæ à Catholicis Regibus non ſunt, poſſit turâ conſcientiâ expugatio, & Coloniæ deductio, aliis Chri- ſtianis Principibus impediri.

§. I.

De infidelibus & hereticis quadam notatu digna premittuntur.

23 DE Turcis & Saracenis iuratis Chriſtianorum hoſtibus nulla eſt difficultas: ſicut enim illis bellum apertum poteſt indici, ita & commodis expugnationis dictæ poſſunt, ſeruatâ penitus æ- quitate, priuari. De aliis autem infidelibus quæſtio aliqua eſſe poteſt, quia hoſtes iurati non ſunt, & poteſt eſſe bellum iuſtum inter il- los: Si enim iniuſtum ſit, iniuſtè impugnatõ auxiliari quicumque alius princeps poteſt, quod magis eſt proprium Chriſtianis, iuxta vulgarem doctrinam de innocentium defen- ſione.

Quibus in- fidelibus licet au- xiliari in bello.

ſione. Si autem ſit iuſtum; tunc iuxta dicta Cap. præcedenti, cum diſtinctione videtur reſpondendum. Nam vel Regi Catholico vti- lius eſt, vt is, cui bellum inferitur, in talis terræ poſſeſſione ſit; & ſic impedire turâ conſcien- tiâ poteſt; quia terræ illius eſt abſolutus do- minus, licet ſubditum principem in tali ſuſti- neat poſſeſſione. Vel vtilius non eſt: & ſic ne- quit alterius vtilitatem impedire ex iuſta vindic- ta prouenientem. Id tamen limitandum, niſi Rex Catholicus aliâ viâ poſſit efficere vt læſo principi is, qui læſit, iuſtam ſatiſfactionem ex- hibeat; tunc enim bellum debet prohibere, quod eſt malorum maximum, quia malorum irreparabilium infeliciffimum aggregatum. Arma enim non ſeruant modum, vt à Seneca dictum in Hercule furenti Tragædia 1. Hinc de Bellona Tertullianus in Libro de Pallio Cap. 4. ſic ait: Ob diuerſam aſſeſſationem tenebricæ veſtis, & tetrici ſuper caput velleris, in Bellonæ montes ſugantur. Sic ille. Tenebricoſum namque, ſurum, tetricum, & nigrum indumentum, pro ſignificandis ingentibus bellorum malis noranter deſtinatum. Pro quibus videri poteſt P. Adamus Coitzen Lib. 10. Politicorum. Cap. 2.

Bellum malorum eumque penitus auerſandū.

Seneca.

Tertullian.

Bellona te- trica ve- ſtis.

Hæreticis penitus obſiſtendū.

Ex tenore Pontificia conceſſionis aſſenditur.

24 De hæreticis autem videtur abſque dubio teneri Regem Catholicum pro viribus ſemper obſiſtere, quòd minùs terras occupent, quarum ipſe eſt dominus à Sede Apoſtolica conſtitutus. Hac enim conditione talis facta donatio, vt ex tenore conceſſionis appareat in citatis Bullis Cap. præced. §. 1. præſertim in Bulla priori Alexandri Sexti, in qua ſic ille: Nos igitur huiusmodi veſtrum ſanctum & laudabi- le propoſitum plurimum in Domino commendantes, & cupientes vt illud ad debitum finem perducatur, & ipſum nomē Saluatoris noſtri in partibus illis in- ducatur: hortamur vos quamplurimum in Domi- no, & per Sacri lauacri ſuſceptionem, quâ manda- tis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericor- diæ Domini noſtri Ieſu Chriſti attendē requirimus; vt cum expeditionibus huiusmodi omnino proſequi & abſoluere probè mente, Orthodoxæ fidei zelo in- tendatis, populos in huiusmodi inſulis & terris de- gentes ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam in- ducere velitis, & debeatis &c. & vt tanti negotij prouinciam Apoſtolice gratiæ largitate donati, libe- rius & audacius aſſumatis, &c. omnes inſulas, & terras firmas inuentas & inueniendas &c. Cum ergo Rex Catholicus negotium fidei ex vi do- nationis huiusmodi ſolertiſſimè agere debeat: conſequens eſt vt nequeat permittere hæreti- cos in portibus Indiarum pedem figere: ex eo enim manifeſtè fieret Indiarum incolæ per- uerſis dogmatibus imbuendos, & intentionem Pontificum in prædicta donatione fruſtranda; contra quorum non ſolùm moniti- onem, ſed præceptum tenditur, granibus adeò & manifeſtis verbis intimatum.

Paſſa eum illis, utpote eum lupis & neſtiguam inueniendā.

25 Videant ergo Reges Catholici, vi- deant eorum Conſiliarij, quomodo paſſa cir- ca huiusmodi occupationem cum hæreticis inentur, oues Chriſti Petro & Vicariis ſuc- ceſſoribus ab eodem commiſſas, & ab iis illo- rum curæ, cuſtodia, prouidentia, & pietati, lupis tradendo, qui diſpergant & rapiant, iux- ta aſſeſſationem ſummi verique Paſtoris, Ioan-

10. v. 12. & lupus rapit, & diſpergit oues. Cir- ca quod ſic P. Maldonatus: Lupi hæretici ſunt, præſertim Caluiniani homines, fraudis & crudelita- tis pleni: quæ res poſitiſſimum ducè maximè propria ſunt lupis. Sic ille. Congruit & illud. v. 16. & alia oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & il- las oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus paſtor. Vbi de illis lo- cutus ouibus Paſtor bonus, quæ ſibi erant ex Gentiliſmo in ouile Eccleſiæ congregandæ & illas oportet me adducere. Oportet inquam, quia neceſſarium, vt citatus docet interpres, quò exactior nullus: Vt neceſſitatem ſonificet, non il- lam quidem abſolutam, quam Theologi vocant, ſed neceſſitatem ex hypotheſi. Oportet me adducere, vt ſalua ſint, alioqui perituræ. Aut, Oportet me ad- ducere, vt omnibus partibus officij mei ſatiſfaciam. Hæc ille. Quæ quidem Rex Catholicus debet conſimiliter adaptare. Oves enim ſuas Chriſtus ex Gentilium multitudine in ouile Eccleſiæ congregandas ipſi, Vicarij ſui & mo- nitione, & præcepto commiſit, ex quo & ne- ceſſitas talis congregationis incumbit. Incum- bat ergo vt ſalua ſint, aliter perituræ, lupis permiſſæ, hæreticis ſcilicet Caluinianis, Lu- theranis, Zuinglianis, Anabaptiſtis, & om- nium deterrimis Puritanis. Oportet & ne- ceſſè eſt illas adducere, vt omnibus partibus officij ſui ſatiſfaciat; ſunt enim illius partes plures, quæ in Bullis Pontificiis extant, & præ- ſe etiam fert præclariffimum Catholici cogno- mentum.

26 Anglica Manifeſta conclamant in fœderibus pacis ſtabilitate inter Hiſpanos & Anglos annis præteritis, nauigationis Indicæ, & liberæ conqueſtæ in iis, quæ ab Hiſpanis oc- cupata non fuerint, non adhibitam exceptio- nem, vnde & datam abruptendi fœderis oc- caſionem, de quo dictum. n. 21. Fiat ergo clara & ſpecialis exceptio, ſi redintegrari fœ- dus obtingat. Quòd ſi contrarium ob vrgen- tem aliquam rationem conueniens videatur, conſulendus Pontifex, & eius iudicio ſtan- dum; quia ius habet, & intentionem funda- tam exigendi à Rege Catholico, vt condi- tiones adimpleat, ſub quibus donatio facta, om- nium maxima, quæ ab orbe extiterunt condi- to, & vſque ad eius ſunt finem exitura. Qui enim conditionem non adimplet, ad id poteſt compelli officio iudicis implorato. Cap. Cum ſit proprium, de donationibus appoſitis, ibi: Tu ergo, ſi ita eſſe repereris, ſic te exhibe, vt nec illi monaſterium deſerendi ſit facultas, & manu- mittentis voluntas non valeat præteriri. Et quia fœdus, de quo agitur, conditionem donatio- nis importat in re maximè ſubſtantiali, & ad religionem ſpectante, iudicium eius præ- fertim requirendum, qui eo in genere eſt præ- cipiuis, & ex cuius præteritione inconuenien- tia poſſunt ſummi momenti reſultare. Non debet res momenti magni, eo conſulto agi, ad quem præſertim illam conſtat pertinere; ſit notiſſima Iuris regula in Sexto ſic habens: Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Vbi opportunè Ioannes Andreas. Pro quo & multa habet Gloſſa in Cap. Et ſi memb. Verb. Contingere.

Ioan. 16. v. 12.

P. Maldo- natus.

v. 16.

Quid An- gli circa fœdus cum Hiſpanis conqueſ- tur, & qualiter fœdus deir- ceptis inuen- dum.

Rex Ca- tholicus conditiones donationis debet ad- implevere, ad quod poteſt à Pontifice compelli.

Cap. Cum ſit prop- rium. Ca. Quod omnes.